



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis  
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]  
sacre pagine professoris**

**Vivaldus, Joannes Ludovicus**

**[Augsburg], 1518**

**VD16 V 1772**

Multa facit iracundia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30734**

butas lapideas scriptas dixit deus: et confregit eas ad radicem montis. Arsis  
piensque vitulum quem fecerant combusit et contrinxit usque ad puluerem que  
sparserit aquam et dedit ex eo porum filius israel. Deinde dixit Si quis est do-  
mini fungatur mihi. Congregati sunt ad eum omnes filii leui/ quibus ait: Pos-  
nat omnis vir gladium super femur suum. Ire et redite de porta usque ad portam  
per medium castrorum et occidat unusquisque fratrem suum et amicum et proxim-  
um suum/ feceruntque filii Leui luxta sermonem Moysi: cecideruntque in die  
illo quasi viginetria milia hominum. Nota quod vindicta sive ira quam ostendit  
Moyses faciens occidere tot milia hominum in ultionem sceleris laudatur  
ab omnibus doctoribus catholicis. Unde diuus Hieronymus loquens de hoc  
facto Moysi ad Thesiphontes verbicu in epistola que incipit: Presumptione  
meam excusare conaretur/ dicit sic: Phinees filiusque Leui gratiam dei humana  
na cede et suorum parvulorum meruerunt. Idecirco scire debes finem Thomam in. ij. Videlicet  
ij. q. clvij. ar. ij. quod ira notat quandam passionem: Passio autem appellatus sensu quod quoniam sit  
rationis instantum est bona in quantum a ratione regulatur: si autem ordinem rationis excludat est mala. Ordo autem rationis in ira potest attendi/ quantum  
ad duo. Primo quidem quantum ad appetibile in quod tendit quod est vindicta. Unde si aliquis appetat quod finem ordinem rationis fiat/ vindicta est laudabi-  
lis ira appetitus: et vocatur ira per zelum. Si autem aliquis appetat quod fiat vindicta  
contra ordinem rationis. Pura si appetat puniri cum qui  
non meruit/ vel ultra quod meruit/ vel etiam non finem legitimam ordinem/ vel non  
propter debitum finem: qui est conuersatio iusticie et correctio culpe: erit appetitus  
ira viciose: et nominatur ira per vicium. Altero modo attenditur ordo  
rationis circa iram quantum ad modum irascendi / vel secundum motus irae non immo-  
derata feruescat/nec intensus/nec exterius: quod quidem si pretermittatur  
non erit ira absque peccato etiam si aliquis appetat iustum vindictam. hec Thomas. Quia sententia datur intelligi: quod ille qui punit aliquem/ debet exequi ta-  
lem punitionem cum compassione/ aliter peccat: Ideo non licet frato aliquo  
puntre eo quod compatis tunc non potest. Unde Marcus Tullius in primo lib.  
de officio. dicit sic: Prohibenda est autem ira maxime in puniendo. Proprie-  
tate refert id est Tullius et pariter diuus Hieronymus: quod Archita tarentinus  
recte laudatur qui cum villico suo iuratus esset/ dixit ei: O infelix iam te (Inquit)  
occiderem/ nisi iuratus essem. Videlicet ad sensum: quod si cecus aliquis vadat im-  
petuose: modicum impedimentum facit eum tuere. Sic pariter homo iuratus  
dum ab ira agitatus est quicquid occurrit inuidit. Unde talis similis est vicio  
so qui quando infestatur ab uno/ ipse ex ira surgit in illum: Si autem superue-  
nerit aliis infestans eum/ dimittit primum et inuidit secundum. Sic pariter  
de homine frato. Nam si aliquis dum irascitur vult se opponere et ipsum repre-  
hendere: si postmodum altus accedat tunc dimittit primum et aggreditur secun-  
dum: Sicut constat de quodam rustico/ qui dum irascetur cum alio ru-  
stico: vox sua voluit pacem coponere inter eos/ sed rusticus dimisso illo/ fustigavit proximum suum. Ex dictis patet qualiter ira tollit misericordiam et compassione.

## Multo facit iracundia.

Vinto quo et quanta mala facit iracundia in homine/ pulcre ostendit  
q Gregorius in. v. libro Moralium cap. xxxi. ubi sic dicit. Quanta ergo  
go sit iracundie culpa penitentia: per quam dum mansuetudo amittitur  
superne imaginis similitudo viciat. Per iram sapientia perdit ut quid vel quod or-  
dine agendum sit omnino nesciatur/ sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit:  
qua nimis intelligentie lucis subtrahit cum mentem permouendo confundit.  
Per iram vita amittit: et si sapientia teneri videat/ sicut scriptum est: Ira perdit  
k 4

# De peccato

**Nota.** etiam prudentes: qr. s. confusus animus nequaq̄ replete: etiam si quid intelligere prudenter valet. Per iram iustitia relinquitur sicut scriptum est: Ira viri iustitiae dei non operatur: qr. dum perturbata mens iudicium sue rationis exasperat omne qd̄ furor suggestus rectum putat. Per iram grata vita socialis amittitur sicut scriptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo: ne ducas semitas elus et sumas scandalum anime tue: quia qui se ex humana ratione non temperat necesse est ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumplitur sicut scriptum est: Vir animosus parit rixas: et vir iracundus effundit peccata. Iracundus quippe peccata effundit: quia etiam malos quos incaute ad concordiam provocat/ peiores facit. Per iram lux veritatis amitteretur sicut scriptum est: Sol non occidat super iracundiam vestram: quia cum menti iracundia con fusionis tenebras incurrit: hunc deus radium sue cognitionis abscondit. Per iram spiritus sancti splendor excluditur: quo contra iuxta vetustam translationem scriptum est: Super quem requiescit sp̄s meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Cum enim humilem diceret/ quietum protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis subtraxit suam: sancto spiritui habitatione clauditur. Hec omnia Gregorius. Ex hac aurea sententia Gregorij datur intelligi quanta mala iracundia facit: ideo merito a cunctis sapientibus detestatur. Unde Marcus Tullius in epistola ad Quintum fratrem suum/ paru ante finem epistole/ que incipit: Marcus Quinto: dicit sic: Difficile est mutare animū et si quid est penitus insitum morib⁹ id subito euellere. Sed te illud admoneo ut si hoc plene mutare non potes quod ante occupatur animus ab iracundia/ q̄ prouidere ratio potuit ne occuparetur: ut te autem componas: quotidie meditare resistendum esse iracundie. Lunga ea maxime animū moueat: tamen ibi esse diligentissime linguam continentiam. Que quidē mihi virtus non interdum maior videtur q̄ omnino non trasci. Nam illud est non solum grauitatis: sed nonnunq̄ etiam lentitudinis. Moderari vero et animo et orationi: cum sis tratus: aut etiam tacere et tenere in sua potestate motum animi et dolorem: et si non est perfecte sapientie: tamen non est mediocris ingenii. Hec Tullius. Iterum Marcus Tullius in primo libro officiorum ait: Fortis homo animi et plantis est: non perturbari in rebus aduersis. Et in secundo lib. de officiis ait: Multo maiora opera sunt animi q̄ corporis: sic he res quas ingenio ac ratione prosequimur grauitates sunt q̄ ille q̄ viribus. Et in secundo lib. de senectute idem sic ait: Non viribus aut velocitatibus/ aut celeritate corporum res magne geruntur: sed consilio autoritate et sententia. Lactantius quoq̄ in primo lib. divinorum institutionum. ca. ix. vbi loquitur de hercule/ dicit sic: Animū vincere: iracundia cobibere: fortissimi est. qd̄ ipse sc̄z Hercules non fecit vñq̄: nec potuit: hec qui facit non modo ego eum cū summis viris comparo: sed similes deo iudico. Et iterum in eodem capitulo ita subiungit: Non enim fortior putandus est q̄ leonē q̄ qui violentā et in seipso inclusam ferā supat iracundiam: aut q̄ rapacissimas volucres deihc̄t q̄ qui cupiditates audiessimas coerceat: aut q̄ amazem bellatrixē: q̄ libidinē vincit pudoris et fame debellatrixē: aut q̄ simili de stabulo q̄ vicia de corde eiecerit: q̄ magis sūt punitiose: qr. domestica. et propria malasunt q̄ illa q̄ vitari poterat et caueri: ex q̄ sit ut ille solus vir fortis debet at iudicari q̄ temperat⁹ et moderat⁹ et iust⁹ est. Hec Lactantius. Et sicut Boethius in. iij. lib. de sol. metro. v. dicit sic:

Qui se volet esse potenter  
Animos domet ille feroceſ  
Nec vīta libidine collaſ  
Fediſ ſubmīta habenīſ  
Etem līc̄z iudicā lōge.

Tellus:tua sura tremescat  
Et seruat ultima tile  
Lamē aeras pellere curas  
Dilesias fugare qrelas.  
No posse/potētia nō est.

## Hec Boecius.

Et Cassiodorus sup illud David: Irascimini et nolite peccare/ ait: Melis  
or est qui vincit iram/ q̄ qui cap̄it ciuitatem. Et Seneca in lib. de ira inquit:  
Iracundiam qui vincit hostem superat maximū: Iratus etiam factus consi  
litū putat. Etiam diuus Hieronymus super illud Proverb. xxix. ca. Vir ira/  
cundus puocat rixas/dic sic: Janua vīctorum omniū/iracundia est:qua clau/  
sa:proutib⁹ intrinsecus dabitur quies:aperta ḥo ad omne facinus armabi/  
mur anim⁹. Hec Hieronymus. Ut autem sub brevibus perstringā hulus Iracun⁹  
peccati malitiam dico iracundiam esse matrem impietatis et crudelitatis. dia ē m̄  
Gñ Galer⁹ maximus. In ix. lib. c. iij. de ira et odio dic: q̄ Alexander obscurā crudelita  
uit omnia inclita gesta sua in furore iracundie sue. Cum enim Alexander ob  
rerum gestarum magnitudinem quasi in numero deorum haberetur: sola ira/  
cundia: non solum celū illi eripuit ut inter deos non sit cōnumeratus: sed oēm  
gloriam et honorem ei abstulit. Cum enim celebraret post misrables victorias  
suas conuictum in babylonīa/amicos suos in conuictum vocat: In quo orta  
fuit questio de rebus bene gestis a Philippo patre Alexandri. Cum elitus  
vnus ex principib⁹ suis nobiliorib⁹ fiducia regie amicitie laudabiliora egis/  
se Philippum diceret: Tunc Alexander animo concitatus telo eundem trāss  
fixit. Sic igit̄ magnificientia et clementia Alexandri conuersa est in iracundia  
et crudelitatem: adeo q̄ tam in suos q̄ in hostes factus est crudelis et humani  
sanguinis insatiabilis: ut inquit Paulus/Orosius/ et alij historici. Tid si vis  
sup:a vbi agitur de nono remedio contra luxuriam. Hoc idē patet de Hannibale  
care patre magni Hannibal q̄(vt scribit Galerius maximus vbi supra)tan  
ta ira et odio spirabat in romanos vt diceret se alere q̄tu or filios q̄st q̄tuor ac  
tulos leoninos in pernitiez/ac exterminū imperij romani. Ex quibus dū Ha  
milcar traduceret exercitum in hispaniam prius sacrificauit: vt ibi moris erat  
Tunc Hannibal primogenitus eius etatis octo annorum accedens ad sacrifici  
ūm iuravit q̄ p̄imum esset adulce etatis foret atrocissimus hostis rhoma  
norū. Qui dum excitasset pulueres cum pedib⁹ ait. Tunc erit pax inter  
Carthaginenses et rhomanos: quando altera istarum ciuitatum erit in pulue  
rem redacta. Quod quidem ira accidit: quia Carthago a fundamentis diru/  
ta fuit a rhomanis. Nam decem et septem diebus continuis arsit miserumq̄  
spectaculum cunctis prebuit. Vide de numero captiuorum tam mulierum q̄  
virorum: et de eius miserabilis destructione in fine quarti libri Pauli Orosij.  
Sic igit̄ patet quantum sit detestabilis iracundia. Sed questio animum  
pulsat: An quis tenetur remittere iracundiam sine iniuriam intimo peten/  
ti: Responde sub brevibus per talem distinctionem: Nam ex iniuria solēt or  
iri ira. Primum est rancor in affectu. Secundum est rancoris signum in effe/  
ctu. Tertium est actio contra iniuriantē. Dico ergo q̄ p̄imum tenetur quis  
statim remittere etiam si non rogetur. Secundum tenetur remittere veniam  
veraciter petenti: id est parato emendare sī facultatem suā. Tertium non te  
netur remittere: sed semper potest si vult: recompensationem damni petere.  
Iterum queritur: In ille cui facta est iniuria teneatur amicitiaz querere: Re  
spōdeo q̄ duplex est debitum perfectionis. Quācum ad p̄imum debitum nō  
tenetur quis reconciliationē querere sine amicitia. Sed quo ad secundū dicit  
Chrysostomus q̄ debet querere reconciliationē ut duplē coronam consequa  
tur. Nam quidē quia iniuria passus est. Allā vero quia p̄itor rogauit his dī  
k 5

# De pecto

Fille ire  
ar. viij. Unde Gregorius in. xxxi. lib. Moral. ca. xxxij. dicit sic. De ira rixat  
lunt sex. etis scire debes q̄ sex assignantur filie tre fm. Greg. et Thomā in. q. clviij.  
mor mentis: contumelie: clamor: indignatio: blasphemie p̄fervuntur. hec Grego-  
rius. Et nota q̄ blasphemia ponitur ab Isidoro filia superbie. Quod quod  
dem verum est ut declarat sanctus Thomas quando blasphemia in quam alii  
quis prouumpit deliberata mente contra deum se erigit: tunc enim dicitur blas-  
phemia filia superbie: quia ut dicitur Ecclesiastici. x. capitulo. Initium superbie  
hominis apostatare a deo. id est recedere a veneratione eius: est prima superbie  
pars. Sed illa blasphemia in qua aliquis prouumpit ex commotione animi est  
filia ire. Tū Iesus. Frater tumer: clamat: cōvictio: rixat. Blasphemat: prelum  
parat. Indignatio surgit.

## De peccato acide.

Quid est  
acidia.

**A**cidie nomen dirinatum est ab acis grece quod latissime  
dicitur cura: inde dicitur acidiosus quasi sine cura: frigidus: sur-  
dus: tepidus: piger: stupefactus: et tristis de bono diuino. quo characte-  
ris letatur et gaudet. Ideo fm. Bernardum. Acidia est animi qualis  
dam languor: cum legere non liber: orare non delectat: et meditationes sollicitate  
non sentiuntur. Vel acidia vel idem aut est quidam animi torpor quo quis ne-  
gligit aliqua bona inchoare aut fastidit perficere. Gregorius vero dicit q̄ acidia  
est de virtutum laudabilis exercitio: virtusq; hominis languida defectio.  
Sunt alij qui dicunt q̄ acidia est diffidentia de proprijs virtibus et de manda-  
to dei implendo ardua tristitia. Quapropter scire debes q̄ hoc vicium duo  
modisno bus modis nominatur. s. tristitia et acidia. Horum autem nominū ratio hec est  
minat h̄ quia in isto peccato considerat auersio a spirituali bono quod estimatur graue:  
peccatum. sicut est ieiunare: orare et huiusmodi. Et ratione huius dicitur tristitia. Consi-  
deratur etiam conuersio ad creaturam. s. ad quietem que estimatur leuis: ideo  
ratione huius dicitur acidia. Sic igitur patet q̄ hoc vicium prout vocatur tris-  
ticia opponit leticie spūali: que est in ipso exercitio spirituali: sed prout vocat  
acidia contrariatur fortitudini que consistit in aggrediendis arduis et su-  
stinentiis aduersis. Etiam a Joanne damasceno et sancto Thoma in. q. q. q.  
xxxv. articulo. j. Acidia dicitur quedam tristitia agrauans que. s. ita deprimit  
animum hominis ut nihil ei agere libeat. ideo dicitur acidia quasi acida. Si-  
cūt enim ea que sunt acida dicitur infrigidata vel acerosa: quia acidus acida  
acidum penultima correpta idem est quod acerosus: amarus: stupefactus: et fri-  
gidus. Frigus vero inducit difficultatem et tarditatem in motu. Evidemus enim  
q̄ aqua quando propter frigus est congelata immobilitas manet. Etiam senes  
quia frigidi sunt: ideo graues et tardi sunt ad ambulandum: sicut econtra ado-  
lescentes in quibus viget calor naturalis sunt festini ad ambulandum et discut-  
rendum. Acidia ergo est quedam frigiditas spiritualis seu defectus: amoris  
spiritualis et favoris diuini: ex quo anima aut non mouetur aut cum difficultate  
mouetur ad bene operandum. Sicut econtra amor dei fm. Gregorium  
operatur magna si est. s. mouet ad operandum. Si vero operari renuit amor  
non est. Sic igitur patet q̄ acidia importat quoddam retulum operandi. Unde  
de acidiosis potest exponi illud David in psal. cxv. Omne escam s. operis  
spiritualis abominata est anima eorum et approplexauerunt uestes ad portas mor-  
tis. s. eterne. Nota hic fm. Thomam in. q. q. quest. xxxv. art. ii. q̄ cuz acidia  
sit tristicia de spirituali bono: Si accipiatur spirituale bonus communiter non  
habebit acidia rationem specialis vici: quia omne vicium refugit spirituale bonum.